

8. Satisfactio est prior pars Sacerdotii Christi, qva Deo persol-
vit premium sufficiens pro peccatis totius generis humani, eidemq;
justitiam & vitam æternam acquisivit. I. Joh. 4. 1. 4.

9. Qvæ satisfactio spectatur. ^{tum in Implectione legis divinæ}
Matt. V. 17. Rom. X. 4. Gal. IV. 4. Rom. 5. 19. tum in perpessione
poenarum peccatis debitaram.

10. Qvæ integra Christi Obedientia credentibus imputatur ad
justitiam.

11. Intercessio Christi est, qva Christus Sacerdos pro nobis inter-
pellat apud Deum, propter meritum & satisfactionem suam. Hæc
enim est illius fundamentū, qvia oportuit satisfieri justitiæ divinæ.

12. Qvæ est generalis, pro toto humano genere. Specialis &
plane paterna pro fidelibus suis & dilectis liberis. Joh. XVII.

13. Officium Regium est, qvo Christus ^{Iesu Christus} guber-
nat omnia in celo & in terra, & in primis Ecclesiam.

14. Regnum Christi in hac vita vocatur potentia & gratia.

15. Regnum potentia spectat ad omnes creature, Gratia ad
Ecclesiam & fideles homines.

16. In altera vita est regnum justitiæ & gloriæ; qvod conspicie-
tur in excitatione Mortuorum, & universalij judicio, tum impio-
sum ad damnationem, tum piorum ad æternam beatitudinem.

17. Restat ut disferamus de duobus statibus Christi nempe de
Exinanitione & exaltatione.

18. Exinanitio est Jesu Christi ^{Iesu Christus} informa servilis
humilis subjectio & obedientia usq; ad mortem crucis.

19. Exaltatio est Christi ex mortuis resuscitati evectio per ad-
scensionem ad celos, ut sedeat ad dextram Patris & perpetuo
regnet & dominetur omnibus Creaturis &c.

20. Utraq; Christo competit secundum naturam assumptam.

21. Error non est ferendus, docere Christum sua obedientia
sibi promeritum esse divinam potestatem.

22. Christus internus externo non debet contradistingui; neq;
hodie verè & propriè in nobis concipitur, formatur, nascitur,
patitur aut moritur Hebr. IX. 26. *

23. Ipsa redemptio semel est facta extra nos per ipsius Mediato-
ris meritum; nobis autem in justificatione & non in sanctificatio-
ne aut renovatione applicatur, Eph. I. 7. Ebr. IX. 22. * 34